

Laudatur hic Joatham pietas et religio, et similis esse dicitur Ozia parenti, illo nimirum tempore, quando nondum perpetuus victoriarum cursus illum insolenter inflaverat. Nam in eo longè fuit alius à parente. Explicuit hoc alius locus, ubi hanc Joatham legimus historiam 1. 2. Paral. c. 27. v. 2 : *Pecitque quod rectum erat coram Domino juxta omnia quae fecerat Ozias pater suus, excepto quòd non est ingressus templum Domini.* De quo est præclarum Josephi elogium lib. 9 Ant. cap. 11 : « Hinc regi, inquit, nulla virtus defuit, erga Deum pio, justo erga homines, et reipublicæ studioso. » In eo porro videtur religiosi principis partes non explevisse, quòd cum populus immolaret in lucis et montibus, illorum tamen noluit, et non est ausus demoliri sacra. n'est pas sans difficulté. Car s'il était vrai que Joathan n'entra point du tout dans le temple pour y sacrifier, est-il vraisemblable que ce prince se fût mis en peine de la décoration de ce même temple, en bâtissant, comme il est dit en ce lieu, la plus haute porte de la maison du Seigneur? Aussi d'autres interprètes ont cru que cette opposition que met l'écriture entre Joathan et Ozias, son père, consiste, non en ce que Joathan n'entra point du tout dans le temple pour y sacrifier, mais plutôt en ce qu'il n'imita point la témérité de son père, qui était entré jusque dans le sanctuaire du Seigneur, pour offrir lui-même l'encens par une usurpation sacrilège. Et quant à ce qu'elle ajoute que le peuple cependant continuait encore à pécher, ils disent que cela marquait, ou que les mœurs d'Israël étaient toujours également corrompues, ou qu'ils continuaient comme auparavant à sacrifier dans les hauts lieux, contre l'ordre du Seigneur, sans que ce prince eût la force de s'y opposer, comme il l'aurait dû. Et c'était assez sans doute, comme le remarque Théodore, que Joathan n'eût point détruit les hauts lieux, ni empêché ses sujets de se corrompre dans leurs voies, et de violer l'ordonnance de la loi touchant le lieu où se devait faire le sacrifice, pour être indigne que l'on mit son nom avec celui des meilleurs rois de Juda. (Sacy.)

CAPUT XVI.

1. Anno decimo septimo Phacee filii Romelie, regnavit Achaz filius Joatham regis Juda.
2. Vigniti annorum erat Achaz cum regnare cepisset, et sedecim annis regnavit in Jerusalem. Non fecit quod erat placitum in conspectu Domini Dei sui, sicut David pater ejus,
3. Sed ambulavit in via regum Israel; insuper et filium suum consecravit, transiens per ignem, secundum idola gentium

In lib. 2 Paral. c. 27, nonnulla memorantur tanti principis præclara gesta. Quemadmodum instauraverit, solidaveritque quæ in publicis civitatis operibus, aut ætas exederat, aut inimicorum injuria concusserat, edificavit alia tam in urbe egregia propugnacula, quam in montibus locisque desertis castella et turres, ad quæ homines, vel dum ruri vacant, vel dum aliquid adversum student declinare, confugerent. Inter alia v. 35 construxisse dicitur in templo sublimissimam portam; et lib. 2 Paral. v. 5, *portam excelsum*, quæ porta illa esse creditur, quæ Jerem. c. 26, v. 40, et c. 56, v. 40, *vocatur nova*. Hic tandem bellum intulit Ammonitis, eoque adegit, ut quotannis argentum, triticum, hordeum pensitarent, quod fecerunt tertio, quæ omnia idè regi dicuntur evenisse feliciter, quia eò intentos habuit animos et vires, ut in omnibus divinæ gloriæ et patriæ religioni servirent. (1)

VERS. 37. — IN DIEBUS ILLIS CœPIT DOMINUS MITTERE IN JUDAM RASIM REGEM SYRIÆ, ET PHACEE FILIUM ROMELIÆ. Conjurârunt duo isti principes contra Judam, illamque et vexârunt aliquandiu, et attriverunt vehementer, quo tamen exitu ad extremum, dicemus statim, cum ventum erit ad Achaz. Hoc tantum hinc habemus, quæ molita est duorum regum tam ardens conjuratio contra Achaz, à diebus Joatham habuisse principium.

(1) VERS. 35. — EDIFICAVIT PORTAM DOMUS DOMINI SUBLIMISSIMAM. Portam hanc seu novam adjeit templo Salomonico, seu veterem majorem portam orientalem reparavit; neque alia est faciliè porta nova apud Jeremiam. Tradit Josephus, portas atrii templi, post captivitatem conditi, surrexisse in altum cubitis triginta, cum in latum quindecim pateret; portam verò templi habuisse altitudinis cubitos quinquaginta, latitudinis quadraginta. Insignia etiam opera adjeisse Joathamum montibus Hierosolymæ, discimus ex Paralipomenis. (Calmet.)

CHAPITRE XVI.

1. La dix-septième année du règne de Phacee, fils de Romélie, Achaz, fils de Joatham, roi de Juda, monta sur le trône.
2. Il avait vingt ans lorsqu'il commença de régner; et il régna seize ans à Jérusalem. Il ne fit point ce qui était agréable au Seigneur son Dieu, comme David, son père.
3. Il marcha dans la voie des rois d'Israël, et consacra même son fils aux idoles, le faisant passer par le feu, suivant l'idolâtrie des nations que le Seigneur avait dissipées devant les enfants d'Israël.

quas dissipavit Dominus coram filiis Israel;

4. Immolabat quoque victimas, et adolebat incensum in excelis, et in collibus, et sub omni ligno frondoso.

5. Tunc ascendit Rasin, rex Syriæ, et Phacee, filius Romelie, rex Israel, in Jerusalem ad præliandum, cumque obsiderent Achaz, non valuerunt superare eum.

6. In tempore illo restituit Rasin, rex Syriæ, Ailam Syriæ, et eiecit Judæos de Ailâ; et Idumæi venerunt in Ailam, et habitaverunt ibi, usque in diem hanc.

7. Misit autem Achaz nuntios ad Thégloth-Phalasar, regem Assyriorum, dicens: Servus tuus et filius tuus ego sum; ascende, et salvum me fac de manu regis Syriæ et de manu regis Israel, qui consurxerunt adversum me.

8. Et cum collegisset argentum et aurum quod inveniri potuit in domo Domini et in thesauris regis, misit regi Assyriorum munera.

9. Qui et acquievit voluntati ejus; ascendit enim rex Assyriorum in Damascum et vastavit eam, et transtulit habitatores ejus Cyrenem, Rasin autem interfecit.

10. Perrexitque rex Achaz in occursum Thégloth-Phalasar, regi Assyriorum, in Damascum, cumque vidisset altare Damasci, misit rex Achaz ad Uriam sacerdotem exemplar ejus et similitudinem juxta omne opus ejus.

11. Exstruxitque Urias sacerdos altare (juxta omnia quæ præceperat rex Achaz de Damasco, ita fecit sacerdos Urias), donec veniret rex Achaz de Damasco.

12. Cumque venisset rex de Damasco, vidit altare, et veneratus est illud; ascenditque et immolavit holocausta et sacrificium suum,

13. Et libavit libamina, et fudit sanguinem pacificorum quæ obtulerat super altare.

14. Porro altare æreum quod erat coram Domino transtulit de facie templi, et de loco altaris, et de loco templi Domini, posuitque illud ex latere altaris ad aquilonem.

15. Præcepit quoque rex Achaz Uriæ

4. Il immolait aussi des victimes et offrait de l'encens sur les hauts lieux, sur les collines et sous tous les arbres chargés de feuillage.

5. Alors Rasin, roi de Syrie, et Phacée, fils de Romélie, roi d'Israël, vinrent mettre le siège devant Jérusalem; et tenant Achaz assiégé, ils ne purent néanmoins le vaincre.

6. En ce temps, Rasin, roi de Syrie, reconquit Elam de Syrie, et en chassa les Juifs. Et les Iduméens vinrent à Elam, et y habitèrent, comme ils y sont encore aujourd'hui.

7. Alors Achaz envoya des ambassadeurs à Thégloth-Phalasar, roi des Assyriens, disant: Je suis votre serviteur et votre fils; venez me sauver des mains du roi de Syrie et de celles du roi d'Israël, qui se sont ligués contre moi.

8. Et ayant ramassé l'argent et l'or qui put se trouver dans la maison du Seigneur et dans les trésors du roi, il en fit des présents au roi des Assyriens.

9. Celui-ci, s'étant rendu à ce qu'il désirait de lui, vint à Damas, ruina la ville, en transféra les habitants à Cyrène, et tua Rasin.

10. Alors le roi Achaz alla à Damas au-devant de Thégloth-Phalasar, roi des Assyriens. Et, ayant vu l'autel qui est à Damas, il envoya au pontife Urie un modèle qui en représentait exactement tout l'ouvrage.

11. Et le pontife Urie bâtit un autel tout semblable à celui de Damas, selon l'ordre qu'il en avait reçu du roi Achaz, en attendant que ce roi fût revenu de Damas.

12. Lorsque le roi Achaz fut revenu de Damasco, il vit cet autel et le révéra, et y vint immoler des holocaustes et son sacrifice;

13. Il y fit des oblations de liqueurs, et y répandit le sang des hosties pacifiques qu'il avait offertes sur l'autel.

14. Il transféra l'autel d'airain qui était devant le Seigneur, de devant la face du temple, du lieu de l'autel et du temple du Seigneur; et il le mit à côté de l'autel nouveau, vers le septentrion.

15. Le roi Achaz donna aussi cet ordre au

sacerdoti, dicens: Super altare majus offer holocaustum matutinum, et sacrificium vespertinum, et holocaustum regis et sacrificium ejus, et holocaustum universi populi terræ, et sacrificia eorum, et libamina eorum, et omnem sanguinem holocausti, et universum sanguinem victimæ super illud effundes; altare verò æreum erit paratum ad voluntatem meam.

16. Fecit igitur Urias sacerdos juxta omnia quæ præceperat rex Achaz.

17. Tulit autem rex Achaz cælas bases et interem qui erat desuper; et mare depositum de bobus æreis qui sustentabant illud, et posuit super pavimentum stratum lapide.

18. Musach quoque sabbati, quod ædificaverat in templo, et ingressum regis exterius, convertit in templum Domini, propter regem Assyriorum.

19. Reliqua autem verborum Achaz quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro Sermonum dierum regum Juda?

20. Dormivitque Achaz cum patribus suis, et sepultus est cum eis in Civitate David. Et regnavit Ezechias filius ejus pro eo.

COMMENTARIUM

VERS. 1. — ANNO DECIMO SEPTIMO PHACEE FILII ROMELLE, REGNAVIT ACHAZ. Inducitur ex bono ovo, ut aiunt, malus corvus; id est, parentis boni sceleratus filius, qui regem Israel potius exempla secutus, quam eorum quos ex suâ familiâ parentes habuit sanctissimos, vitam egit omni vitiorum genere feclatam.

VERS. 5. — INSUPER FILIUM SUUM CONSECRAVIT, TRANSFERENS PER IGNEM. Gravissimum fuit hoc scelus, de quo Dominus non semel queritur, aut consecratos, aut quodammodo initiatos esse filios idolorum alicui, aut certe in illorum cultum prorsus esse combustos. Utrumque fieri solitum à gentibus, et ad illarum exemplum etiam ab Hebræis, ex Scripturâ sacrâ non difficili conjecturâ colligimus. Sicut enim aliis se purgabant modis ac lustrationibus, si quid existimaretur sordium esse contractum, sive id ad corpus, sive etiam ad animum pertinere, aquâ nimirum lustrali, aut quibusdam aliis expiatoriis sacrificiis, sic etiam, quia nihil tam mundat aut purificat quam ignis,

pontife Urie: Vous offrirez sur le grand autel nouveau l'holocauste du matin et le sacrifice du soir, l'holocauste du roi et son sacrifice, l'holocauste de tout le peuple, leurs sacrifices et leurs oblations de liqueur, et vous répandrez sur cet autel tout le sang des holocaustes et tout le sang des victimes; mais pour ce qui est de l'autel d'airain, j'en ordonnerai à ma volonté.

16. Le pontife Urie fit selon tout ce que le roi Achaz lui avait ordonné.

17. Or, le roi Achaz fit ôter les socles ciselés et les cuves d'airain qui étaient dessus; il fit aussi ôter la mer de dessus les bœufs d'airain qui la portaient, et la mit sur le pavé du temple, qui était de pierre;

18. Il ôta aussi la couverture du sabbat, qu'il avait bâtie dans le temple; et, au lieu de l'entrée de dehors par où le roi passait du palais au temple, il en fit une au dedans par où il y entraît secrètement, à cause du roi des Assyriens.

19. Le reste des actions d'Achaz est écrit au livre des Annales des rois de Juda.

20. Achaz s'endormit avec ses pères; il fut enseveli avec eux dans la Ville-de-David; et Ezechias, son fils, régna en sa place.

et idèd cum quid optimè expiatio vellent ignem adhiberent, ex animo sordes sic exuri posse arbitrabantur, si flammæ admovebantur lustrales: quibus si vel ustulati essent, vel afflati pueri, consecrati existimabantur idolis, et illorum cultui in æternum addicti. Sic Oseas, c. 4, v. 7, de populo suo queritur, quia filios genuerunt alienos, id est, qui non tam Deo veraque religioni, quam dæmoni atque impurissimæ superstitioni servirent: *In Deum, inquit, prævaricati sunt, quia filios aliæ nos genuerunt.* Idem quod Achaz fecisse etiam dicitur Manasses, illius nepos, lib. 4 Reg. c. 21, v. 6: *Et traduxit filium suum per ignem.* Hoc autem videtur sub hæc temporâ usitatum Hebræis, quando Josias lib. 4 Reg. cap. 23, severè vetuit, ne quis per ignem filios suos consecraret Moloch; sed de hoc statim.

Alio modo per ignem idolo consecrabant filios non jam ustulatos vel attactos leviter à flammâ, sed ustos omninò, et reductos in cinerem. Sanè immolasse parentes filios suos dæmonibus in sacris litteris sæpius audimus.

Psalm. 103, v. 57: *Immolaverunt filios suos et filias suas dæmonis.* Et statim: *Effuderunt sanguinem innocentium, sanguinem filiorum suorum et filiarum suarum, quas sacrificaverunt sculptilibus Chanaan;* hos verò filios non solum subjectos fuisse sacrificiali cultu, sed etiam flammis, quibus vivi cremarentur propè Hierosolymam in Topheth, et eo modo Moloch Ammonitarum deo consecrarentur. Quod videtur Josias vetuisse infra, c. 23: *Contaminavit quoque Topheth, quod est in valle filii Ennom, ut nemo consecraret filium suum, aut filiam per ignem Moloch.* Clarius Jeremias, c. 7, v. 31: *Ædificaverunt excelsa Topheth, quæ est in valle filii Ennom, ut incenderent filios suos et filias suas igne.* Erat hoc tempore sacrarium impium in Topheth, id est, in valle Hierosolymæ proximâ, quæ quia hæreditas quondam fuerit Ennom, Gehinô, sive Gehenna dicebatur, ubi impie ac barbære religionis antistites excitârunt aram, consecrâruntque Moloch, cum filios per summam acerbitatem traductos per ignem immolabant. Topheth, ut pluribus docuimus ad c. 30 Isaie, à radice deducitur תַּפְתֵּי *taphaph*, quæ strepitum sonat tympanorum, quia parentes in victimâ illâ crudeli ac barbârâ, ne filiorum ejulatu commoti ab illo nefario sacrificio desisterent, tympanis ac sistris filiorum clamoribus obstrepabant, cum igne cremarentur; aut, ut alii putant, cum in æreo Moloch simulacro igne candente tanquam in accenso clybano torrebantur.

Utro horum modorum filium suum per ignem consecrârit Achaz, incertum est. Loquendi modus ad utrumque patet. Josephus, lib. 9 Ant., c. 12, Chananæorum ritu holocaustum ab Achaz oblatum esse filium, id est, totum omninò ab igne combustum esse dicit. Cum Josepho sentiunt Ilugo et Abulens. q. 3, et Historia Scholastica. Alii dubii sunt, sed eò frequentes inclinant, ut putent traductos fuisse filios Achaz per ignem, non combustos. Ita Theodoretus, c. 16: *Ego, inquit, existimo id quod dicitur tacite significare genus erroris, quod ad nos usque pervenit; vidi enim in aliquibus civitatibus semel in anno accendi rogos, et trans eos saltare aliquos, non solum pueros, sed etiam viros; infantes autem per flammam ferri à matribus: videbatur autem quedam esse expiatio et purgatio.* Existimo autem hoc fuisse Achazi peccatum. Hæc Theodoretus. Et facit ad hæc quod dicitur lib. 2 Paralip., c. 28: *Lustravit filios suos in igne, juxta ritus gentium.* Mihi non

displicet quod visum est Lyre, omnes filios Achaz piacularibus flammis fuisse purgatos, ut habemus in lib. 2 Paralip., et ex illis unum immolatum et consecratum fuisse Moloch Ammonitarum deo.

Hæc autem expiatio usitata fuit inter gentiles, qui sicut videbant nullo modo melius inolitas sordes excoqui posse quam per ignem, sic etiam si quid esset peccatum, et quasi inustum animo, igne putabant exustum iri potentissimè. Quare sæpè audimus lustrationes factas per ignem. Quare dùm per ignem lustralem filios tradit impius Achaz, gentilem se profitetur, ejurat parentum religionem. Expiari à concreto piaculo contaminatas animas cecinit Virgilius lib. Æneid. 6:

Alia pandantur inanes

Suspense ad ventos; alitis sub gurgite vasto

Infectum elatur scelus, aut exurit igni.

Ovidius in Fastis, lib. 4:

Omnia purgat edax ignis, vitiumque metallis

Excoquit; idcirco eam duce purgat oves.

Et idem eodem loco igne lustrat oves, et dicit se transilisse flammam:

Certe ego transilii positus ter in ordine flammæ.

Quò auspiciatus esset et felix annus, in ejus principio cremabatur laurus, quò bene putabatur initiatus, id est, bona sortitus initia, quæ felices in reliquum exitus portenderent. Tibullus lib. 2, elegiâ 5:

Et succensa sacris crepitet bene laurea flammis.

Omine quo felix et sacer annus eat.

Eo modo fortunatus credebatur futurus filius, si illum recens natum ignis ille lustralis aut tangeret, aut afflaret. Longum esset referre singula. Illud addam, quod Abulens, q. 3 docet de hæc purgatione per ignem, quam etiam dicit familiarem esse Tartaris. Nam cum alios omnes, qui non fuerint ex suo genere, immundos esse putent, non prius externos homines regem suum alloqui, aut in ejus conspectum venire permittunt, quam transierint inter duos ignes quibus purgati digni existimantur, qui regio subeat oculos, et illius fruantur vel alloquio, vel aspectu.

VERS. 5. — TUNC ASCENDIT RASIM REX SYRIÆ, ET PHACEE FILIUS ROMELLE REX ISRAEL IN JERUSALEM (1). Multa passus est Achaz, tum à fini-

(1) *Ators, Rasin, roi de Syrie, et Phacée, fils de Romelle, roi d'Israël, vinrent mettre le siège devant Jérusalem, et tenant Achaz assiégué, ils ne purent néanmoins le prendre.* On voit dans les Paralipomènes, et l'on a remarqué aussi autre part sur Isaie, que ces deux princes, savoir, le roi de Syrie et celui d'Israël, avaient

timis et cognatis, tum ab externis regibus, quæ nobis necessariò explicanda, et ab aliis petenda locis, quia hic parcius quàm aibi prodita sunt illa, quæ regnum Achaz et tur-

déjà pillé les états du roi de Juda, et taillé en pièces ses armées, servant tous deux de ministres à la Justice de Dieu, pour punir l'impunité de celui qui se déclarait ouvertement contre sa religion, et qui s'efforçait de tout son pouvoir de substituer à son culte celui des idoles. Ces deux mêmes rois joignirent ensuite leurs troupes, et ne pouvant pas douter qu'ils ne déponillassent alors très-facilement de ses états un prince qu'ils avaient battu séparément l'un et l'autre, ils virent mettre tous deux ensemble le siège devant la ville de Jérusalem. Ce fut alors qu'Isaïe, ce prophète si célèbre, qui était prince du sang de la maison de David, et fils d'Amos, frère d'Amasias, roi de Juda, vint trouver Achaz de la part de Dieu, pour le rassurer. Car le cœur d'Achaz, comme parle l'Écriture, et le cœur de son peuple fut saisi et trembla de crainte, comme les arbres des forêts tremblent étant agités des vents. Quoique ce prince se fût rendu tout-à-fait indigne du secours de Dieu; l'orgueil de ses ennemis qui croyaient déjà triompher de Jérusalem, et qui avaient résolu d'y établir un autre roi, ou, pour mieux dire, l'orgueil même du démon qui se flattait vainement de pouvoir anéantir les promesses du Seigneur, touchant le Fils de David, dont le règne serait éternel, mérita que Dieu dissipât tous leurs projets, et leur fit connaître que s'il leur avait livré Achaz pour un temps, il était maître de le secourir quand il lui plaisait. *Ne craignez point*, dit Dieu à Achaz par la bouche d'Isaïe, *et que votre cœur ne se trouble point devant ces deux bouts de tisons fumants de colère et de fureur. Leurs pensées n'auront point d'effets. Il les appellait deux bouts de tisons*, parce qu'ayant été allumés du feu de la colère de Dieu, pour punir l'impunité du roi de Juda, ils étaient alors comme à la fin de leurs fonctions et du ministère pour lequel on les avait envoyés. Car les méchants sont entre les mains de Dieu comme un feu qui est allumé par sa justice, pour punir d'autres méchants, ou pour purifier les bons, et qu'il jette ensuite comme une chose inutile, après qu'il s'en est servi à ses desseins.

Mais afin qu'on pût comprendre quelle était la pensée de Dieu, lorsqu'il promettait son assistance à ce roi impie, il voulut bien lui donner, pour assurance de sa divine protection, un signe qui assurât de nouveau tous les hommes de la vérité inflexible de ses promesses touchant le Sauveur qui devait naître de la maison de Juda. Car lorsqu'Achaz était plus touché de la frayeur de ces deux grandes armées qui l'assiégeaient, que de l'espérance que lui donnait le prophète du secours de Dieu, le Seigneur lui dit : *Demandez à votre Dieu que il vous fasse voir un prodige, ou du fond de la terre, ou du plus haut au ciel.* Et comme l'incrédulité et le désespoir de ce prince impie lui fit répondre qu'il ne demanderait point de prodige, et ne tenterait point le Seigneur, couvrant ainsi son orgueil, dit un saint Père, sous

bârent saépé, et attriverunt vehementer; illa verò suo ordine persequar, ex capite præsertim 28 Paralip., ubi hæc fusiùs ab historico sacro tradita sunt.

Primum Rasim rex Syriæ bellum intulit Achaz, qui superavit eum, et ex toto Israele optimas exuvias transtulit in Damascum, quam fortassè sibi vindicârât hoc ipso tempore: nam, ut vidimus proximè, c. 14, v. 28, caput Syriæ Damascum Jeroboam filius Joas Judæ restituit. Idem recepit Ailam, quam Ozias lib. 2 Paralip. c. 26, vers. 2, ad ditionem Judæ postliminiò reducerat, et illam Idumæis Israelitici nominis inimicis habitandam tradidit. Illud porro, tradidit eum Dominus Deus ejus in manu regis Syriæ, magnam indicat Sy-

un prétexte de piété, Dieu voulut lui-même lui donner le signe le plus auguste et le plus divin de tous les prodiges, savoir: qu'une Vierge concevait et enfanterait un Fils qu'on appellerait Emmanuel. Et c'est, ce semble, comme si Dieu lui avait dit: Vous ne voulez pas ajouter foi à l'assurance que je vous donne de ma divine protection contre les armées de ces deux princes qui menacent d'exterminer votre royaume et votre maison; mais, pour vous en assurer, souvenez-vous de la promesse que j'ai faite à votre père David, de rendre le trône de son Fils éternel. Ce Fils naîtra d'une Vierge, et s'appellera Emmanuel, c'est-à-dire, Dieu avec nous. Croyez-vous donc que je puisse manquer à mes promesses, ou qu'il me soit plus impossible d'exterminer ces armées de vos ennemis, que de faire naître un Dieu-Homme parmi les hommes, et de le faire naître, non selon les voies ordinaires de la nature, mais d'une Vierge, par une opération toute miraculeuse et surnaturelle? C'est là véritablement ce prodige dont on lui avait parlé, non pas seulement du fond de la terre, ou du plus haut du ciel, mais de tous les deux ensemble, puisqu'il renfermait une union admirable de ce qu'il y a de plus élevé dans le ciel, qui est la nature divine, avec ce qu'il y avait alors de plus rabaisé sur la terre, qui était la nature humaine. Et l'Écriture a raison de dire que ce fut le Seigneur qui donna lui-même ce signe, puisqu'il n'y avait qu'un Dieu qui pût donner un prodige si ineffable. Que s'il le donnait à un prince impie et indigne de son secours, il faisait voir en cela même un autre signe de son infinie miséricorde envers les hommes, qui était que ce Fils divin et omnipotent qui devait naître d'une Vierge, viendrait sauver par sa grâce des pécheurs et des impies.

Quoique cette histoire du siège et de l'assistance miraculeuse de la ville de Jérusalem ne soit touchée qu'en un mot dans le chapitre des rois que nous expliquons, nous avons cru qu'il était besoin de marquer au long ces circonstances importantes que nous a décrites le saint prophète Isaïe, qui servent à éclaircir cet endroit d'une manière si édifiante.

(Sacy.)

rorum victoriam et gravem Judæis indictam plagam.

Deinde Phæce filius Romeliæ aggressus est Achaz Syrorum armis jam antea vexatum et infirmum. Quam autem ab illo fuerit acerbè tractatus, habes lib. 2 Paralip., c. 28, à versu 6. ubi à Phæce de viris Juda occisa dicuntur bellatorum hominum centum viginti millia. Inter quos fuere viri principes, et duces exercitûs, et regis ipsius quidam filius Maasia nomine. Qui etiam abduxit infinitam multitudinem captivam in Samariam ex omni ætate et sexu, et ingentem præterea prædam, quantam nimirum aut voluit, aut potuit exercitus avidus et insolens victoris. Sic autem ibi vers. 8: *Ceperunt filii Israel de fratribus suis ducenta millia mulierum, puerorum, et puellarum, et infinitam prædam; pertuleruntque eam in Samariam.* Accidit autem percommode, ut eo tempore, quo tanta multitudo vincita traducebatur Samariam, ut servilem operam navaret hosti victori, adesset propheta quidam Domini, nomine Obed, qui spiritus Israelitarum insolentes et truces gravi oratione repressit, perfectique ut captivos non solum intactos et incolumes, sed etiam reflectos elementer et honestè, commodèque vestitos ad civitatem usque Jerichuntinam, quæ non procul aberat à Hierosolymis, deducerent.

Tandem cum duo isti reges Israelis et Syriæ extinctum esse cuperent regem Juda, et pro illo regem constituere externum virum, qui ipsorum studiis ac votis administrandæ republicæ formam attemperaret, in Achaz ambo, et Judæorum exitum conjurarunt, sibi que persuaserant rem totam faciliè confici posse, cum scirent cum illo conjunctis viribus futurum esse congressum, qui singulorum impetum sustinere nequirit, et exultantes hostes à cæde et prædatione cohibere. Quare dicebant, ut est apud Isaiam, c. 7, v. 5: *Ascendamus ad Judam, et suscitemus eum, et avellamus eum ad nos, et ponamus regem in medio ejus filium Tabœl.* Quasi dicerent, ut nos eo loco paraphrasticè: Ascendamus ad Judaicum istum populum, et nimio somno deditum, otioque dissolutum armorum nostrorum strepitum, et litui clangore suscitemus. Neque necesse erit, ut ad delendam gentem illam totas explicemus bellicas vires: sat enim erit si circumdamant funibus civitatem, à suisque convulsam fundamentis ad nos trahamus. Tunc autem deponso rege à Judæorum semine, ejus loco sufficimus in regno filium Zaboel. Sic secum duo illi

S. S. XI.

reges meditabantur, neque malè si quis inter se utriusque partis vires accuratè comparat. Quod optimè considerabat Achaz, quando, domestico diffusis ac proprio, externum sibi accersivit auxilium. (1)

VERS. 7. — MISIT AUTEM ACHAZ NUNTIOS AD THEGLATHPHALASAR REGEM ASSYRIORUM (2).

(1) VERS. 6. — IN TEMPORE ILLO RESTITUIT RASIN REX SYRIÆ AILAM SYRIÆ, ET EGREGIT JUDEOS DE AILA: ET IDUMÆI VENERUNT IN AILAM, ET HABITAVERUNT IBI USQUE IN DIEM HANC. Hujus loci quedam inter se pugnant. Quid juris erat Syris in eam urbem, quam nunquam non possederant vel reges Juda, vel Idumæi? David, Salomon, cæterique post ipsum reges Juda, illam usque ad tempus defectionis Idumæorum sub Jeramo retinuerunt. Pulsis tunc Judæis, Idumæis cessit. Vicissim autem Judæi expulerunt Idumæos sub Azariâ rege Juda; cujus postremæ acquisitionis nomine Achaz eam urbem retinebat, cum Rasin arma ad illam admovit: quare nullis ex historiâ petitis argumentis demonstrari potest, eam urbem Syris unquam paruisse. Nihil etiam aberat à Damasco, ut regibus Syriæ arduum esset commercium cum urbe à filiabus suis adeò remotâ.

Pugnantiæ hæc induxit unica in textum litterula, quæ pro aliâ persimili accepta est. *Aram et Edom* scribuntur in Hebraico litteris omnino fermè similibus. Igitur alter pro alterâ usurpata est, uti non semel aliis contigit; quare legendum est: *In tempore isto Rasin rex Syriæ recepit Ailam pro Edom et eiecit Judæos: et Idumæi venerunt in Ailam, et habitaverunt ibi usque in diem hanc.* Persusum habemus Idumæos invitasse Rasin, ut moveret in Elath, spe præmiti allectum omnibusque belli sumptibus levatum; neque dissimulandum est, Chaldaum, Hebræos, Syriacum, Arabem, Josephum, Grotium, aliosque nonnullos censuisse Rasin urbem hanc adjectisse Syriæ, eoque venisse Syros, ut sedes ibi pro Judæis halarent. Sed hæc omnia minoris nobis sunt, quam ut nos cogant deserere contrariam opinionem, quam argumentis fulcivimus.

(Calmet.)

(2) *Alors Achaz envoya des ambassadeurs à Theglathphalasar, roi des Assyriens, pour lui dire: Je suis votre serviteur et votre fils; venez me sauver des mains du roi de Syrie, et des mains du roi d'Israël, qui se sont joints ensemble pour s'élever contre moi.* On vient de voir l'assurance que Dieu donna à Achaz par le prophète Isaïe de sa protection toute puissante; et ce prince impie, sans ajouter foi à la parole du Dieu d'Israël, du Dieu des armées, recherche l'appui du bras humain, et envoie faire de sa part des bassesses à un roi païen, pour l'engager à le venir secourir. Qui n'aurait cru que Dieu le devait alors abandonner entre les mains de ses ennemis, puisqu'il méprisait si insolument le secours qu'il lui promettait? Et c'est sans doute ce que les hommes auraient fait envers d'autres hommes. Mais les pensées du Très-Haut sont infiniment élevées au-dessus des nôtres. L'incrédulité et l'impunité d'Achaz

13

Quantum attulerit perturbationis se metis illa duorum regum conjunctio, explicuit optima similitudine Isaïas c. 7, v. 2: *Et commotum est cor ejus, et cor populi ejus, sicut movetur ligna sylvarum à facie venti*. Quæ verba nos ibi sic exposuimus paraphrasticè: Perlatas est autem rumor ad regem aliosque proceres de domo David, qui nuntiavit substituisse ad Samariam Syrorum exercitum, ut inde conjunctis cum rege Samariæ viribus, moveret contra Jerusalem. Qui nuntius ita percussit animos familiæ generisque Davidis et totius populi, ut non minis turbarentur à metu quam à vento arbores commoveantur in sylva. Tunc autem Dominus, ut refert eodem cap. v. 3 Isaïas, præcepit Isaïæ ut cum filio suo Schar Jasub, qui sui nominis notatione fortunatos portendebat exitus, ad extremum aquæ-

ne pevent rien contre la fermeté inébranlable des promesses du Seigneur: il saura bien le punir quand sa malice sera venue à son comble; mais la vérité de la parole d'un Dieu doit être accomplie. Ainsi il se sert du roi même des Assyriens, que ce prince avait fait venir pour punir ses ennemis, lui qui aurait pu avec une armée de monchevrons les mettre en fuite; et l'on peut dire que cette conduite de Dieu à l'égard d'Achaz, était le plus redoutable châtiement qu'il pût exercer alors contre lui, puisqu'il eût été proprement l'abandonner à l'orgueil et à l'aveuglement de son cœur, que de le laisser dans la pensée où il était, qu'il devait attendre des hommes plutôt que de Dieu tout son secours. Et ce lui fut aussi un nouveau sujet de se précipiter misérablement dans une plus grande impiété, puisqu'avant été au-devant du prince, son prétendu libérateur, et ayant vu à Damas l'antel profane, mais apparemment très-magnifique, du roi de Syrie, il donna ordre aussitôt au pontife Urie d'en faire dresser un semblable dans le temple du Seigneur, introduisant de la sorte l'abomination de la désolation dans le lieu saint, comme Jésus-Christ l'a dit depuis.

On a peine néanmoins à accorder ce qui est dit en ce lieu, qu'Achaz fit venir le roi des Assyriens à son secours contre les rois de Syrie et d'Israël, avec ce qui est marqué dans les Paralipomènes, que le Seigneur fit venir ce même roi des Assyriens contre Achaz, dont il pillâ les états, et que les présents que ce prince malheureux lui fit des dévotionnelles de la maison du Seigneur, et de la maison des rois de Juda et des princes, ne lui servirent de rien. Mais il semble qu'on peut dire, pour accorder cette contrariété apparente, dont on aura lieu de parler plus amplement sur les Paralipomènes, qu'encore qu'Achaz eût sollicité ce prince de le venir secourir, ce fut proprement le Seigneur qui le fit venir en punition de cette incredulité d'Achaz même, et qu'étant venu en effet combattre ses ennemis, il ne laissa pas de piller en même temps ses états, qui se trouvaient ravagés par une armée triomphante.

(Sacy.)

ductis, qui aquam ad piscinam superiorem derivat, occurrat regi Achaz, qui eò tunc egressus fuerat ut de advocando Assyriorum auxilio secum ipse solus deliberaret. Cui Dei nomine jubet bono sit animo, et omnem metum ac desperationem deponat. Neque aliquid putet imminere periculi à Rasim Damasci, et à Phacee rege Samariæ, non magis quam ab ambustis titiombus, qui præter fumum evanidum, id est, inanes atque emortuas minas, nihil habent amplius.

Neque satis habuit Deus illa promississe, quæ modo produximus, et alia quæ eodem loco adduxit Isaïas, sed etiam versu 7 illustre aliquid pollicetur signum, quod futurum esset testimonium et pignus obligatæ fidei. Sic ergo regem Achaz verbis Domini affatur Isaïas: Optato, ô Achaz, tibi quod malueris signum atque portentum, neque moror, sive ex profundo, sive ex excelso petas, quin pro tuo voto quamprimum edam. Achaz porrò non minis simulatè quam impiè negat sibi à Deo petendum esse signum, ne videatur divinam fidem atque potentiam explorare voluisse. Quod tentationis genus esse ostendit, à quo abesse culpa non potest.

Dignus videbatur Achaz, et qui illi aderant, sive ex domo regiæ, sive ex cognatione Davidis, quique regi erant generis communitate conjuncti, quos Deus abjiceret, qui tantum beneficium tam illiberali atque impudènti responso repulissent. Sed Deus adhuc promittit majora v. 10. Ait enim illis, etiamsi Deo molesti fuerint, dum beneficium tantum tanquæ liberali contemunt, tamen concessurum se, etiamsi obligatæ fidei neque petierint, neque acceperint pignus, quidquid antea promississet; nempe nunquam Jerusalem venturam in hostium potestatem, et duo illa regna, à quibus impendere sibi infortunium extremum metuebant, esse brevi delenda. Sed etiam voluit eundem illum insperatum eventum alioris ejusdam beneficii futurum esse pignus. Eventum autem dico incolomitatem atriti populi, qui jam de suâ libertate desperabat, et duorum regum et regnorum exitium perireve, sub tertium videlicet annum, quæ nullo modo extingui posse videbantur. Illud autem beneficium fuit, venturam aliquando Deum in mundum assumptâ carne, natum ex Virgine, cujus erit nomen Emmanuel, quia nobiscum conversabitur et vivet; qui non aliter ac illi infantes, qui hominum satu conceptique nascuntur, hæc enget ex maternis uberibus, donec

in illam ætatem adoleverit, in qua infantes alii internoscere plerumque solent bonum et malum: illud, ut appetant; hoc, ut aversentur et respuant. Butyrum et mel comedet, quod in illâ regione faciunt infantes, cum primùm à maternis avellentur uberibus. Quæ descriptio est ejus qui natus homo ætatem hæc agit infantilem. Deinde v. 12 explicat magis quo tempore duo illa regna peritura sint, spatiumque constituit triennale, aut trienniali proximum, quantum scilicet intercedit inter infans ortum, et illud tempus in quo puer ad illam pervenerit ætatem ut discernere possit inter bonum et malum, illudque sive eligere, sive reprobare. Ante hoc ergo tempus, eò dicit redactum iri terram, quæ nunc minatur omnia regno Juda, ut et ipsa relinquatur deserta, neque illam amplius videant reges illi qui nunc ejus præclarâ possessione superbiunt.

Deinde tribui et regno Juda non longè post hæc tempora durum etiam et longum minatur exitium. Quod etiam virginet partus signum esse vult, quod à versu 15 ad finem usque capituli latè describit. Deinde verò c. 8, ut quod per prophetam Dominus promiserat, certo aliquo et aspectabili signo demonstraret, jubet Deus propheta, ut in libro grandi hoc ipsum, deinde in filio suo, qui primùm nasceretur, brevem duorum regnorum interitum portenderet. Quare jubet ut primùm in libro quodam grandi, eo stylo et formâ quæ in legitimo judicio publicam habeat auctoritatem et fidem, pauca hæc verba scribat: *Velociter spolia detrahe: citò prædare*. Quod ut exactè præstaret Isaïas, et humano more atque forensi stylo consignatum relinqueret, testes adhibuit, quorum magna tunc erat fides et auctoritas, Uriam sacerdotem summum, et Zachariam Barachie filium. Hoc ipsum etiam in suo filio eodem concepto tempore notavit. Nam cum hoc ipso tempore ad uxorem conjugali more accederet Isaïas, ex illâ suscepit filium, cui ex Domini jussu illud idem nomen imposuit, quod in volumine grandi paulò antea notaverat: *Accelera spolia detrahere, festina prædari*. Quod nomen, ipso exponente Domino, qui nomen indiderat, indicabat ruituram brevi Syriæ Samariæque potentiam, quæ omni casu superior videbatur. Nam priusquam puer ille tunc natus ad eam ætatem veniret ut parentes agnoscat, vocelique blasæ atque informi voce *tatum* et *mannam*, expugnanda dicitur Damasci fortitudo, et ingens è Samariâ deri-

pienda præda à rege Assyriorum. Et hoc ipsum est, quod scribitur Isaï. c. 7, v. 16: *Antequàm sciat puer reprobare malum et eligere bonum, derelinquetur terra, quam tu detestaris à facie duorum regum suorum*. Ille autem puer non est Emmanuel, cujus proximè antecesserat nomen, sed aut hic Isaïæ filius, aut quicumque alius, qui tunc esset in lucem editus. Nam priusquam puer sciret reprobare malum et eligere bonum, seu cognoscere patrem et matrem, quæ eodem tempore cognoscere incipit puer, derelinquetur terra à duobus dominis, aut auferetur fortitudo Damasci, et eodem Samariæ, quæ eadem sunt, aut eodem spectant. Hæc omnia sumpsit paraphrasticè ex Commentariis Isaïæ in c. 7 et 8, ubi hæc omnia, quæ strictim attigi, probavi pluribus. Tu illa vide, neque enim tractationem illam longam hinc transferre libuit, cum ex suo loco à curioso lectore peti possent. Sed dubitabit hic aliquis, quomodo duorum istorum regum fracta sit potentia, et regna duo tunc regno Juda hostiliter infensa aut eversa, aut atrita vehementer trienniali, aut fortasse spatio breviori, cum illorum adfuturus dicitur interitus, antequàm puer eo tempore conceptus aut natus in illam ætatem adolesceret, in qua parentes agnoscat suos, aut incipit à bono malum discernere: cum Samariâ (quæquid sit de Syriâ) nonnisi anno nono Osæ regis Israel et anno sexto Ezechie expugnata fuerit, ut constabit statim quarto Regum c. 18. Quare cum hæc dicta videantur in principio regni Achaz, id est, anno illius tertio, aut quarto, ut dicemus statim, consequens est puerum, qui hoc natus est tempore, quando capta est Samaria, annos habuisse octodocem, atque ideò vixisse ad annos sedecim, postquam secerne potuit à malo bonum, et vocare patrem et matrem.

Quòd autem hæc ab Isaïâ predicta fuerint sub initio regni Achaz, constat quia Joatham pater Achaz regnare cepit anno secundo Phacee filii Romeliæ; Joatham autem annos regnavit sedecim. Quòd si hos sedecim annos, duobus aliis adjicias, quos in libro posuerat Phacee, annos constitues decem et octo antequàm Achaz parenti Joatham in regno succederet: cum autem Phacee viginti tantum regnavit annos, duos tantum annos, aut non multò plus sumpsit ex regno Achaz. Qui tamen regnum inisse traditur anno 17 Phacee hoc ipso c. v. 1, quia annus decimus octavus inchoatus tantum erat, atque ideò juxta Scripturæ sacræ consuetudinem prætermisus est.

Cum autem Phacee vivo hæc ab Isaiâ dicta fuerint, consequens est in initio regni sui audiverit Achaz, cum in ipso ferè initio decesserit Phacee.

Sed hæc ratio, tametsi videatur alicui vim habere maximam, illi, qui Scripturæ sacræ consuetudinem nôrit, non ita censetur gravis, ut admodum premat in oppositum. Nam, quemadmodum docuimus ad illud Zachar. c. 1: *Jam septuagesimus annus est*, aliquid tunc factum dicimus, aut completum, cum bonâ ex parte captum est fieri. Quare Dan. c. 9 anno parte Darii completi esse dicuntur septuaginta anni desolationis Jerusalem, cum tamen septuagesimo illo anno non desolata fuerit, sed desolari coepit. Et Jeremias c. 27, post septuaginta annos, et simul atque deletum esset Chaldaeorum imperium, futurum esse dixit Judæorum reditum in patriam, cum tamen plurimi in Babyloniâ relictii fuerint, qui postea, Esdrâ atque Nehemiâ duce, redierunt, quia eo anno inchoata immigratio est. Quo verò tempore ab Assyriis subjugata est Damascus, id est, paulò post natum Isaiæ filium, magna pars regni Israelis eversa fuit ab iisdem, et eodem victoriarum cursu. Nam, ut 4 Reg. c. 15, v. 29, scribitur: *In diebus Phacee regis Israel venit Theglathphalasar rex Assur, et cepit Aion et Abel domum Maacha, et Ianoë, et Cedas, et Asor, et Galaad, et Galilæam, et universam terram Nephthali, et transtulit eos in Assyriis*. Quare detrimentum illud magnum, quod accepit Israel ab Assyriis, non potuit contingere post annum tertium regni Achaz, qui regnare coepit sub finem regni Phacee, id est, anno illius 17 aut 18, ut supra dicebamus.

Adde quòd propheta non dicit vastandum esse Samariam, sed diripiendam esse spolia Samariæ à rege Assyriorum. Est autem satis notum, et in Scripturâ sacrâ sæpius repetitum, Samariam sumi pro toto regno Israel, quia ibi erat regni nominis prima sedes et domicilium stabile; satis verò optima præda abducta est à Samariâ, id est, ab Israel, quando ab eâ quicquid fermè tribus ablatae sunt; nempe Nephthali, et magna pars Zabulon, et Galad. Ubi erat tribus Ruben et Gad, et dimidia tribus Manasse, ut explicatius dicitur lib. 4 Paralip. c. 5, v. 26. Hæc nobis sumpta sunt ex nostris Commentariis in Isaiam, quia non minus hic quam illic necessaria sunt. Nunc ad caput 16 redeamus, et ad locum illum unde facta digressio.

MISIT AUTEM ACHAZ NUNTIOS AD THEGLATHPHALASAR REGEM ASSYRIORUM. Quo tempore Isaias locutus est ad Achaz, nondum reges illi duo Jerusalem obsederant, sed tantum vires et castra non procul ab illâ conjunxerant. Quare cum subsidio venit ab Achaz evocatus rex Assyriorum, jamdudum obsederant Jerusalem, neque tamen juxta Domini promissionem per Isaiam quicquam tot expensis, et tantâ militione consecuti sunt. De quibus hoc ipso cap. v. 5: *Cumque obsiderent Achaz, non valuerunt superare eum*. Quamdiu urbem obsederint conjurati reges, non constat ex Scripturâ, aut ex alio gravi auctore, quod ego viderim. Quo tempore obsessis aut afflictis subsidio venerit Assyrius, incertum est; mihi visum est Scripturæ sacræ consentaneum magis, quod antea dixeram, accepisse nimirum Achaz plagam magnam à rege Syriæ, qui optima spolia ex Judæa finibus retulit in Damascum; deinde aliam longè graviores à rege Israel, quando occisa fuerunt multa Judæorum millia, multa capta ex omni ætate ac sexu, deinde duos illos reges conspirasse, et civitatem regiam Hierosolymam obsedissee, ac tandem eam profecissent nihil, rediisse in patriam. Eo verò tempore venisse subsidio Assyriorum regem, qui multò ante fuerat evocatus, et utrumque regem in suo regno sic esse muletatum, ut perierint, aut periisse omnes existimari poterint; id mihi colligere posse videor ex lib. 2 Paralip. c. 28, v. 16, et ex hoc loco, ubi post duas illas plagas acceptas, missi ab Achaz dicuntur nuntii ad regem Assyriorum: *Tempore, inquit, illo misit rex Achaz ad regem Assyriorum, postulans auxilium*. Josephus lib. 9, c. 12, aliter putat. Ait enim obsedissee diù conjuratos reges Hierosolymam, cumque viderent diutius quam ipsi cogitarent obsidione trahi, discessisse regem Syriæ, et male vexasse civitates alias Juda, et prædas abegisse illas, de quibus supra v. 6; cum autem Achaz discessisset ab obsidione cognosceret regem Syriæ, non dubitasse extra muros eruptionem facere, et cum rege Samariæ conferre signa, quem utpote à Syro deslitutum faciliè putaret proligari posse: rem tamen se cis accidisse; nam et multa Judæorum millia fuerunt cæsa, multa capta, et, nisi quisdam prophete interessisset oratio, in servitutem abducta. Sed huic cogitationi, præter alia, illud incommodat non leviter, quòd Dominus per Isaiam c. 7, v. 4, ante obsidionem proximè dixit Achaz, ne timeret magis à duobus regi-

bus, quàm à caudis titionum fumigantium, à quibus nihil potest esse periculi. At non leve fuit incommodum illud quod ab utroque rege pertulit Achaz; quocirca ante obsidionem utramque plagam inflictam oportuit.

VERS. 9. — QUI ACQUIEVIT VOLUNTATI EIUS: ASCENDIT ENIM REX ASSYRIORUM IN DAMASCUM, ET VASTAVIT EAM, ET TRANSTULIT HABITATORES EJUS CYRENEM. Jam, ut apparet, obsidione Hierosolymæ solutâ, in regiam sedem recesserat Rasim, ad quam Assyriæ acies admovit Theglathphalasar, et illâ vastatâ, et rege ejus è medio sublato, habitatores aliò migrare jussit, et Cyrenem usque traduxit. Ubi Vulgatus *Cyrene*, Hebraicè est קִירָה *Kirah*. Est autem duplex Cyrene, altera in Africa, à quâ provincia quædam Cyrenaica appellatur, de quâ Aetor, 2: *Et partes Libya, quæ est circa Cyrenem*. Sed alia est Cyrene, ad quam translati dicuntur exules Damasceni: neque enim captivos suos in alienam provinciam Assyrii transmitterent. Translati ergo sunt ad aliam Cyrenem, quæ est in Assyriâ. Ita sanè Josephus lib. 9 Ant. c. 15: *Vastatâ, inquit, Syriâ expugnatâque Damasco, (rex Assyriorum) Rasim quoque regem occidit; Damascenos verò in superiorem Mediam populariter traduxit, et pro illis quosdam Assyriorum gentes in agrum Damascenum concessit (4).* De hæc Damasci vastitate ci-

(1) Sed ardua quædam in his occurrunt. Animadversum est supra, Arbaceam subactâ Ninive, Medos in libertatem asservisse; quare Theglathphalasar, quem cum Nino juniore miscemus, cum Nino, inquam, ad veteres limites Assyriæ reducto, colonias mittere utique in Mediam, alienam à se regionem, non potuit. Hæc reponimus, Mediam latè adeò non patuisse, nisi post formatum, auctum, et adultum Medorum imperium; antea enim et sub Arbace angustioribus limitibus delinebatur. Docet Herodotus, operâ Phraortis imperium illud limites suos longius provexisse intra Asiam, et supra annum Halym, Tauris, quæ tenebre creditur situm veterum Ecbatanorum, Medorum metropolis, plurimum abest à Cur vel Cyro. Igitur fidem non superat, Assyriæ reges, Sardanapali successores, imperium suum prorogasse in regionem quam Cyrus perliit, eoque colonias Syriorum ac decem tribuum traduxisse.

At enim quomodò hæc urbes appellantur *urbes Mediae*? Sive etenim illæ comprehendentur in veteri Mediâ, sive extra ejus limites jacebant: si in eâ regione sitæ erant, libertatem obtinebant, remoto ab illis Jugo Assyriorum, beneficio Arbacis. Si verò extra Mediam, quomodò urbes Mediae appellantur? Responderi potest, hujus libri auctorem pro more grati suæ loci, ut urbes Medorum appellavit, quæ tunc, cum scriberet, imperio Medorum parebant. Vel hæc urbes subactæ

viuque translatione non multò ante prædixerat Amos, c. 1, v. 5: *Et conteram veterem Damasci, et disperdam habitatores de campo idoli, et tententem septrem de domo voluptatis, et transferetur populus Syriæ Cyrenem*. Vide quæ nos ad hunc locum in nostris Commentariis super Amos.

VERS. 10. — PERREXITQUE REX ACHAZ IN OCCURSUM THEGLATHPHALASAR REGI ASSYRIORUM IN DAMASCUM. Si rex Assyriorum conjuratos reges invasisset, quo tempore obsidione cinxerant Hierosolymam, non ad illum esset profectus Achaz, sed potius comitaretur Assyrium, et se illi ad opus illud socium addidisset. Ita putat Josephus, qui, domitâ ab Assyrio vastatâque Damasco, venisse dicit eò regem Achaz cum muneribus, ut pro devictis hostibus, reque Judæorum servatâ, gratias ageret. Inde rex idem Assyrius progressus est contra Phacee, quem attrivit vehementer, et his spoliavit provinciis, de quibus nuper, tribu videlicet Nephthali, et magnâ parte Zabulon regione transjordanâ Galaaditide, ubi erant duæ tribus Gad et Ruben, et dimidia tribu Manasse.

Hic nobis addendum, quod habemus lib. 2 Paralip. c. 28, v. 20, quod hoc in loco, quia historiam complet Achaz, prætermitti non debet. Quemadmodum enim duo reges, quos evertit Assyrius, regem Achaz, remque Judeam insectati sunt acriter, sic etiam Theglathphalasar, quem conductum mercede exhausto erario profano et sacro socium advoceavit, debellatis regibus, qui tam Judaicis nationibus erant infensi, contra ipsum Achaz, remque Judaicam victrices atque insolentes copias convertit. Sic autem lib. 2 Paralip. c. 28, v. 20: *Adduxitque (Deus) contra eum (Achaz) Theglathphalasar regem Assyriam, qui et afflixit eum, et nullo resistente vastavit. Igitur Achaz, spoliatâ domo Domini et domo re-*

suntâ rege Assyriæ Theglathphalasar, pulsus Medis. Posterior hæc sententia confirmari potest ex iis quæ leguntur inferius 17, 6 et 24; legitimus enim ibi Salmanasarem misisse Samariam Sepharvitas aliasque gentes quæ et ipse et prædecessores ipsius, subactis vicinis Mediæ regionibus, superarant. Denique censet Usserius, anarchiam quæ consecuta est obitum Arbacis, præcessisse regnum Dejoicis, opportunam dedisse regibus Assyriis occasionem recuperandi plures Medorum urbes, in eisque imperium Medorum turbandi. Reges, urbs Medorum, quò profectus est Tobias, cum ageret captivus, una ex iis urbibus erat, quæ jugum regum Assyriæ nondum excusserant. (Calmet.)

gum ac principum, dedit regi Assyriorum munera, et tamen nihil ei profuit. Misit, ut illum prædatorem et hostem à suis finibus et jugulis arceret, quem grandi mercede auxiliatorem advocat. Sed profecit nihil, quia ille nihilominus obligata fidei et impense mercedis immemor magnis rem Judaicam affecti incommodis. Quid ille abstulerit, quid straverit, quo denique modo creditam suæ fidei provinciam attriverit, non habemus ab historico sacro; fuisse stragem ac detrimentum tanquam ab avaro atque crudeli hoste, indicat Isaias c. 7, non obscurâ metaphora, ubi gravia regi Achaz domnicæ Davidicæ minatur incommoda, si externum ab Assyriis accersant auxilium. Nam cum dixisset v. 6: *Si non credideritis, non permanebitis*, significavit illis fore infortunia subeunda gravissima, quæ à versu 13 latè graviterque persequitur. A quibus ego in præsentia explicandis abstinere, quia id feci majori studio atque opere in Commentariis Isaia. Illud dicam, quod ad hunc locum maxime spectat, cum rege Assyriorum venisse quoque in Judææ fines labem et interitum, non aliter atque si ventus aspires ex corruptâ regione, qui pestilentiam aliis invehit anhelitum: de quo verè potuit dicere tam Achaz quam illi hanc cogitationem aut injeccerunt, aut confirmarunt, impenso pretio dominum severum et durum fuisse comparatum, quod de Chis factat vulgare proverbium. Sic autem Isaias v. 15: *Adducet Dominus super te (ô Achaz), et super populum tuum, et super domum patris tui, dies qui non venerunt à diebus separationis Ephraim à Judâ, cum rege Assyriorum*. Quasi dicat, cum rege illo exitum potius et pestem quam salutem et auxilium esse venturum. Et v. 16, novaculam vocat conductam regem Assyriorum, quæ non minùs alios lacerabit, quam eos qui illam mercede conduxerunt. Modus autem dicendi nullam regni Judaici partem immunem dicit futuram à plagâ quam accommodatâ metaphora significanter exponit: *In die illâ rodet Dominus in novaculâ conductâ in his qui trans flumen sunt, in rege Assyriorum, caput, et pilos pedum, et barbam universam*. In vario pilorum situ varii hominum significantur ordines et gradus.

CUMQUE VIDISSET ALTARE DAMASCI, MISIT REX ACHAZ AD URIAM SACERDOTEM EXEMPLAR EJUS. PRIUS, UT DIXIMUS, AGGRESSUS EST SYRIAM ASSYRIORUM REX; deinde, cum consecutus esset quod suis votis ante proposuerat, convertit animum amore prædæ captum, et victrices

acies contra regem Samariæ. Interim tamen illum odit Achaz ut gratularetur illi pro victoria, et gratias ageret pro beneficio. Cumque vidisset altare quod pro deorum suorum cultu Damasceni construxerant, ut erat homo levissimo ingenio, quemque patriæ religionis amor, aut observantia, aut nullo modo, aut nonnisi levissimè tangebatur, statuit illius novam formam, contra quam lex et consuetudo patiebantur, in templum Salomonis inducere. Quare illius formam accuratè descripiam ad Uriam misit, qui tunc Hierosolymæ sacerdotis summi munere fungebatur, jussitque ut ad illius similitudinem altare aliud faciendum curaret, ut, cum ipse rediret à Damasco, de illo statueret, quod ipsi ex usu religione futurum videretur. Præstitit Urias quod ipsi fuerat imperatum à rege. Probavit rex, et quasi novæ illius atque gentiliticæ religionis antistes, in eo immolavit victimas, peregrique omnia quæ in aëreo altari, nempe holocausti, lex et religio faciendâ præscripserat. (1)

(1) VERS. 14. — EXTRUXIT URIAS SACERDOS ALTARE, ad normam profani altaris Damasceni, cujus schema ad se ab Achaz missum fuerat. Turpem atque indulgentiam in regem exhibuit summus hic sacerdos: Deus enim altaris sui formam præscripserat. Salomon quidem altare extruxit à Mosaico longè diversum; sed cum ejus formam et erectionem Deus solemnè adeo approbatione confirmasset, citra impietatis crimen quidquam ex illo immutare nefas erat. Nec difficile erat Uriæ nosse, in eâ re consilium principis ab alio nique quam religionis proposito dictatum fuisse. Novitatis hujus consecutiones erant periculosæ; neque enim citra periculum quidquam in rebus religionis, etiam minoribus, et quæ ad principalem religionis scopum non pertinent, innovatur. Religiosus sese Machabæi gesserunt cum altari templi quod Antiochus Epiphanes profanaverat. Post maturam eâ de re deliberationem staterunt illud demoliri, atque alterum ad ejus normam è rudî lapide extruere; sed destructi altaris lapides in loco apertè collocandos censuere, donec propheta aliquis veniens aliter de illis decerneret. (Galm.)

Peccevit Urias pontifex, impium hoc altare erigens, malens placere regi Achaz quam Deo; secus fecit S. Ambrosius; nam, ut ipse refert lib. 5, epistolâ 52, « cum esset impositum ut Ecclesiæ vasa jam traderemus imperatori, et hoc responsi reddidi, me, si de meis aliquid prosceretur, aut fondus, aut domus, aut aurum, aut argentum, id quod mei juris esset, libenter offerre; templo Dei nihil posse decerpere, nec tradere illud quod custodiendum, non tradendum acceperim. Deinde consulere me etiam imperatoris salutem, quia nec nihil expedit tradere, nec illi accipere. Accipiat enim vocem liberi sacer-

VERS. 14. — PORRÒ ALTARE ERÈUM, QUOD ERAT CORAM DOMINO, TRANSULIT DE FACIE TEMPLI. De hoc altari aëreo satis à nobis di-

ctois; si vult sibi esse consultum, recedat à Christi injuriâ, et absit à me ut tradam Christi hereditatem, et hereditatem Dionysii, qui in exilio, fidei causâ, defunctus est, hereditatem Eustorgii confessoris, hereditatem Mirocilli atque omnium retrò à delium episcoporum. » (Corn. à Larp.)

Et le pontife Urie bâtit un autel tout semblable à celui de Damas, selon l'ordre qu'il avait reçu du roi Achaz. Ce pontife de l'ancienne loi aimait mieux, comme disent les interprètes, plaire au roi qu'à Dieu, et était bien éloigné de la conduite de saint Ambroise, qui crut rendre un très grand service à l'empereur de tout l'univers, non de lui complaire dans ses excès, mais de lui représenter avec charité et avec force les vrais devoirs d'un prince chrétien, et sur lequel toute la terreur des barbares, dont il se voyait environné, ne pouvait faire d'autre impression, comme il l'assure lui-même, que de lui faire concevoir par tous les travaux et tous les dangers de cette vie misérable une idée plus vive de la grandeur des périls, sans comparaison plus redoutables, dont la vie future et le salut éternel sont environnés: *Nos autem objecti barbaricis motibus et bellorum periculis, pro his laboribus et periculis graviora colligimus futura vite pericula*. Si la crainte que pouvait avoir cet ancien pontife de la cruauté d'Achaz lui avait servi, comme à saint Ambroise, à craindre encore davantage la justice inévitable de celui dont il était le ministre, il n'eût pas certainement sacrifié toute la religion des Juifs à une molle complaisance qu'il eût pour un prince impie, et si lui eût fait entendre qu'il se trompait grossièrement en adorant, comme le marque l'Écriture, les dieux des rois de Syrie, dans la pensée qu'il avait, qu'il devait offrir des sacrifices à ces faux dieux qu'adoraient ses ennemis, pour se les rendre favorables.

Mais il se présente une assez grande difficulté sur ce qui paraît ici de l'extrême infidélité de ce pontife des Juifs, et sur la manière tout opposée dont nous voyons qu'en parle Isaië, lequel, avant que de prédire les malheurs qui devaient fondre sur Israël, dit qu'il prit deux témoins fidèles, dont l'un était Urie, sacrificateur. Comment donc celui qui fut infidèle à Dieu jusqu'à cet excès que d'abandonner son temple à la profanation d'Achaz, peut-il être véritablement nommé par ce saint prophète un témoin fidèle? C'est ce qui a fait douter à quelques-uns si celui dont parle Isaië était le même que celui qui est marqué dans l'endroit des Rois que nous expliquons. Cependant il semble qu'on peut dire avec un autre interprète, que c'est effectivement le même dont il est parlé en ces deux endroits; mais que lorsque le prophète l'appelle un témoin fidèle, c'était avant qu'il tombât dans cette complaisance criminelle à l'égard du roi, et qu'Isaië même pouvant bien prévoir sa chute, voulut peut-être se servir alors de son témoignage, afin de rendre dans la suite la confusion de son péché plus sensible.

etum est lib. 3 Reg. c. 8, et super Ezechielem c. 45. Quare hic de illo non est nobis longa instituenda commentatio. Illud nunc observatum oportet, altare illud aëreum fuisse in atrio sacerdotum meliori loco, id est, ante faciem domus Domini; unde ab Achaz in angulum ejusdem atrii rejectum fuit, ut ejus loco Damascenum alterum altare suppleret.

VERS. 15. — PRÆCEPIT QUOQUE REX ACHAZ URIÆ SACERDOTI, DICENS: SUPER ALTARE MAJUS OFFER HOLOCAUSTUM, etc., ALTARE VERÒ ERÈUM ERIT PARATEM AD VOLUNTATEM NEAM. Altare majus illud appellat, quod ad Damasceni formam proximè extractum fuerat, in quo offerri voluit omne victimarum et libationum genus, quod ad altare aëreum, seu holocausti destinatum fuerat. Illud autem servari voluit, pararique ad voluntatem suam, ut illud ad quemcumque vellet usum pro suo arbitratu converteret. De his autem sacrificiis nihil hic agendum, quia opus impeditum et longum, et quia à nobis satis inculcetur de illis in Commentariis Ezechielis ad caput 45 et 46 disputatum est.

VERS. 17. — TULIT AUTEM REX ACHAZ CELATAS BASES ET LITTERAS QUI ERAT DESUPER, etc. De his nos pluribus lib. 3 Reg. c. 7, ubi illorum formam et artem, situmque descripsimus. Rex tamen ille fatuus et impius deformavit et abiecit omnia, ut novam religionem et instrumenta illi accommodata in illustre illud Israeliticæ gentis sacrarium induceret. Neque hic prætereundum est, quod lib. 2 Paralip. c. 28, v. 22, proditum habemus; ubi quo tempore angustis premebatur Achaz, sive priùs à duobus regibus conjuratis, sive postea ab Assyriorum rege, contempisse dicitur Deum multò magis, suamque spem in Syrorum deis collocasse, à quibus putabat suis hostibus datam esse, et ab illis tantum sperari posse victoriam. Quare diripit confregitque sacra vasa, obstructisque templa foribus, ne quis eò religionis causâ ingrederetur, nisi in locis ad gentilem ritum excitavit aras, non solum variis in locis Hierosolymæ, sed etiam in omnibus urbibus, in quibus ipse latè dominabatur.

VERS. 18. — MUSACH QUOQUE SABBATI, QUOD EDIFICAVÉRAT IN TEMPO, ET INGRESSUM REGIS EXTERIUS, CONVERTIT IN TEMPLUM DOMINI, PROPTER REGEM ASSYRIORUM. Mirum est quam inter se in vocis *Musach* significatione dissentiant auctores. Quidam tentorium esse dicunt, et

revera illud propriè valet vox hebraica מוסח Musach; quod tamen tentorium sit, aut cur dicatur sabbati, omninò incertum est. Glossa aedificium esse putat in templi vestibulo, in quod reges, cum diebus sabbati templum obirent, elemosynas facerent. Et ita, inquit, Musach sabbati gazophylacium est regum, sicut corbanam sacerdotum, quod etiam probant Lyra, Dionysius et Hugo, et Historia Scholastica. Alii Musach sabbati vocari putant, quia in eo sacerdotes aliquantisper morabantur, cum perfuncti suo munere sabbatis excederent è templo. Ita Vatablus et Isidorus, neque longè hinc abeunt Chaldaeus et Pagninus in radice סכך Sachaq. Rabb. Salomon, ut refert Lyra, putat locum esse in porticu templi splendide coopertum, in quo sedebat rex in sabbatis, diebusque aliis solemnioribus. Quae explicatio non displicet Abulensi; addit tamen aliam quam videtur probare minùs quam superiorem. Ait enim è domo regis ad templum viam quamdam esse operam et caecam, per quam rex, cum vellet, sine testibus in templum descenderet; quod faciunt saepe viri nobiles, qui domos suas interposito occulto trajectu cum templo conjungunt, quasi aut domus pars esset templi, aut templum regis domus membrum adjunctum.

Ego ex omnibus illam magis explicationem approbo, quam Rabb. Salomon probat, neque Abulensis improbat, ita ut Musach sit regia sedes, non in templi porticu, ut dicebat Rab. Salomon, sed in aditu sacerdotalis atrii. Quod mihi persuadet, quia apud Ezechielem lego, c. 46, v. 1: *Porta atrii interioris quae respicit ad orientem, erit clausa sex diebus, in quibus opus fit: die autem sabbati aperietur; sed et in die Calendarum aperietur, et intrabit princeps per viam vestibuli portae deforis, et stabit in limine portae, et facient sacerdotes holocaustum ejus, et pacifica ejus, et adorabit super limen portae, et egredietur.* Hinc habes cur istud Musach dici potuerit sabbati. Quòd verò tectum esse aliquà ratione debuerit, ne in mediam turbam coniectus esse videatur, ipsa ratio docet: neque enim deceat ut regia persona communem habeat locum aut ordinem cum populari turbà. Atque idèò locus erat clausus, distinctusque cancellis, aut supra caput regium oppansum erat velum; quod vulgus hominum *doselum* appellat. Quocumque horum modorum accipias, vocari Musach potest, id est, clausum, tectum aut tentorium, quia instar habet taber-

nacli. Accedit quòd in tempore loco est pro regibus certis honestiori loco, in quo præter reges, aut eos qui summam habent potestatem, sedere nemini concessum est. In eo loco sedisse arbitror Joas, cum rex à pontifice Joiada declaratus est lib. 4 Reg. c. 11, v. 15: *Audivit autem Athalia vocem populi currentis, et ingressa ad turbas in templum Domini, vidit regem stantem super tribunal juxta morem.* Quod verbum extremum sic interpretor, ut sederit in templo eo in loco et modo quo sedere solent communiter reges. Neque aliud fortassè sibi vult illud c. 25, infra, v. 5, de Josià: *Stetitque rex super gradium, et factus percussit coram Domino.*

Sed roget quis, quid movere potuit Achaz, ut Musach, id est, solium suum, eo modo quo diximus, clausum, de templo sustulerit? Sanè non aliud quam quo adductus fuit, ut altare holocausti, et lutes, et phialas, et aliam sacram supellectilem, aut deformaverit, aut abstulerit. Sed est in Musach præcipua quædam ratio, quæ regem illum vesanum et impium in illam cogitationem induxit. Cum enim esset impius, et patriam horreret religionem, expeteret et laudaret alienam, noluit locum aliquem habere in templo, in quod religionis gratià non jam ampliùs erat ingressurus, quò sibi religionem illam esse sanctam aut gratam profiteretur. Deinde cum superbus esset, ferebat molestè ad atrium interius aditum sibi non patere, atque idèò sedem, quæ in atrii vestibulo pro regibus erat constituta, longè summovit et intra sacerdotale atrium introduxit, ut ibi magis à turbâ separatus sederet honestus: et eodem consilio exteriorum ingressum, de quo statim, in templum convertit, id est, fecit ut per interioris atrium accederet ad Musach, quòd jam in atrium sacerdotale transtulerat.

ET INGRESSUM REGIS EXTERIORUM, CONVERTIT IN TEMPLUM PROPTER REGEM ASSYRIORUM. Hic etiam interpretes, sicut supra, divinant, quòd etiam mihi nunc necessariò faciendum est. Quidam existimant è regis domo in templum aditus esse duos, alterum anteriorem, per quem spectante populo religionis ergo, quò alios suo exemplo ad pietatem provocaret, ingrediebatur rex in templum; alterum caecum et clausum, uni regi domesticisque pervium, per quem rex poterat sine ullo apparatu et strepitu obire templum, et interesse sacris. Illum sustulit, hunc servavit, ne templum publicè ingressus, suæ præberet fidei documentum,

occultè si in templum penetraret, spectante nemine, nemo illum putaret studiosum patriæ religionis, aut aliena violatæ reum argueret. Et facit ad hoc quòd lib. 2 Paral. c. 28, v. 24, clausisse dicitur templi fores. Quare ille nollet videri, cum obiret templum, quasi religiosus esset, cum oclusis foribus alios intrare templum prohibuisset. Hoc autem videri potuit propter regem Assyriorum fecisse, ut illius sibi conciliaret gratiam, quòd consecutus videbatur, si nunquam aut rarò postea templum inviseret, quòd abjuratæ religionis argumentum est.

Alii unum agnoscunt ingressum, ita ut ab exteriori portâ inciperet templi: fecit tamen rex ut aditus ille totus esset internus et occultus, à domo nempe regis, ad templi interiora claustra. Hoc ego neque reprobare audeo, neque omninò probo, quia nescio quomodò minùs ad utramlibet expositionem afficior; sicut neque ad alias, quia nihil ex textu certum apparet, quòd nos cogat in hanc vel illam sine aliquà dubitatione discodere. Sed neque mihi ipsi placeo in eà quam adduco, quia in illà aliquid deprehendo quòd me aliquantulum

CAPUT XVII.

1. Anno duodecimo Achaz, regis Juda, regnavit Osee filius Ela in Samariâ super Israel, novem annis.

2. Fecitque malum coram Domino, sed non sicut reges Israel, qui ante eum fuerant.

3. Contra hunc ascendit Salmanasar, rex Assyriorum, et factus est ei Osee servus, reddèbatque illi tributa.

4. Cumque deprehendisset rex Assyriorum Osee quòd rebellare nitens misisset nuntios ad Sua, regem Ægypti, ne præstaret tributa regi Assyriorum, sicut singulis annis solitus erat, obsedit eum, et vinctum misit in carcerem.

5. Pervagatusque est omnem terram; et ascendens Samariam, obsedit eam tribus annis.

6. Anno autem nono Osee, cepit rex Assyriorum Samariam; et transtulit Israel in Assyrios, posuitque eos in Hala et in Habor, juxta fluvium Gozan, in civitatibus Medorum.

7. Factum est enim, cum peccassent filii Israel Domino Deo suo, qui eduxerat

dubitare cogat. Indicat Ezechiel cap. 46, vers. 2: *Intrabit, inquit, princeps per viam vestibuli portae deforis, et stabit in limine portae.* Quare cum per anteriorem illam viam ingressurus sit, et egressurus princeps, non poterat ad ulteriorem locum, qui tantùm sacerdotibus patebat, penetrare, quòd durum videbatur insolenti regi. Quare ingressum fecit per sacerdotale atrium contra templum, id est, contra domum Dei, quam illa pars sacerdotalis mediam amplectebatur; nam prius contra sacerdotum atrium potiùs quam contra templum, seu sanctuarium spectabat. Quòd si Musach ad atrium transtulit interius, consequens erat, ut ingressum quoque anteriorem haberet; id verò fecit propter regem Assyriorum, ne si illi per anteriorem viam ingrederetur, et in Musach sederet, contemptus videretur. Maluit itaque violare divinam legem, quæ gentilem hominem à templo prohibebat, neque Israelitam, qui non esset à Levitico genere, in illam anteriorem templi partem admittebat, quam avertere ab amicitia offensum regem, cujus virtutem et gratiam præferbat divinæ. Ita ego cogitabam; alii sine dubio melius.

CHAPITRE XVII.

1. La douzième année du règne d'Achaz, roi de Juda, Osee, fils d'Ela, régna sur Israël à Samarie, durant neuf ans.

2. Il fit le mal devant le Seigneur, mais non comme les rois d'Israël qui avaient été avant lui; car il souffrait que son peuple allât à Jérusalem adorer le Seigneur.

3. Salmanasar, roi des Assyriens, marcha contre lui; et Osee fut asservi à Salmanasar, roi des Assyriens, et lui payait tribut.

4. Mais le roi des Assyriens ayant découvert qu'Osee pensait à se révolter contre lui, et que, pour s'affranchir du tribut qu'il lui payait tous les ans, il avait envoyé des ambassadeurs à Sua, roi d'Égypte, il l'assiégea; et l'ayant pris, il le chargea de chaînes, et l'envoya en prison.

5. Salmanasar parcourut tout le pays d'Israël; et étant venu à Samarie, il la tint assiégée pendant trois ans.

6. Or, la neuvième année du règne d'Osee, le roi des Assyriens prit Samarie, et transféra les Israélites au pays des Assyriens, et les fit demeurer dans Hala et dans Habor, villes des Mèdes, près du fleuve de Gozan;

7. Et cela arriva parce que les enfants d'Israël avaient péché contre le Seigneur leur